BIBLIA LATINA, BD. 1

Salzburg (?), 2. Viertel 14. Jh. Seite 124v

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8250
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

uenimus et quocumque miseris nos
ibimus. sicut obedivimus in cunc-
tis moysi ita obediemus tibi. et tantum
sit dominus deus tuus tecum sicut
fuit cum moyse. qui contradixerit
ori tuo et non obedierit cunctis ser-
monibus quos preceperis ei moria-
tur. tantum confortare tu et viriliter
Misit ergo II Cap.
iosue filius nun de sethim
duos viros exploratores
in abscondito et dixit eis. Ite et con-
siderate terram urbemque iericho.
Qui pergentes ingressi sunt domum
mulieris meretricis nomine raab
et quieverunt apud eam. Nunciatum
que est regi iericho et dictum est
ei. Ecce viri ingressi sunt huc per
noctem de filiis israel ut explorarent
terram. Misitque rex iericho ad ra-
ab meretricem dicens. Educ viros
qui venerunt ad te et ingressi sunt
domum tuam. exploratores quippe
sunt et omnem terram considerare ve-
nerunt. Tollensque mulier viros
abscondit et ait. Fateor plane ve-
nerunt ad me. sed nesciebam unde
essent. Cumque porta clauderetur
in tenebris et illi pariter exierunt
nescio quo abierunt. persequimini
cito et comprehendetis illos. Ipsa
autem fecit ascendere viros in sola-
rium domus sue operuitque eos
lini stipula que ibi erat. Hii autem
qui missi erant secuti sunt eos
per viam que ducit ad vadum ior-
danis ~~israel~~. Illisque egressis. statim
porta clausa est. nec dum obdor-
mierant qui latebant. Et ecce mu-
lier ascendit ad eos et ait. Novi

quod dominus tradiderit vobis
terram et enim irruit in nos terror
vester. et elanguerunt omnes habita-
tores terre. Audivimus quod sicca-
verit dominus aquas maris rubri
ad nostrum introitum quando egressi
estis ex egypto. et que feceritis duorum
amorreorum regibus qui erant trans
iordanem seon et og. quos interfe-
cistis. et hec audientes pertimuimus
et elanguit cor nostrum. nec reman-
sit in nobis spiritus. Ad introitum
vestrum dominus enim deus vester ipse est
deus in celo sursum et in terra deor-
sum. Nunc ergo iurate michi per
dominum deum vestrum ut quomodo
ego feci misericordiam vobiscum. ita et vos
faciatis cum domo patris mei. detis
que michi signum verum ut salve-
tis patrem meum et matrem. fratres
ac sorores meas et omnia que eorum
sunt et eruatis de morte animas
nostras. Qui responderunt ei.
Anima nostra sit pro vobis in morte
si tamen non prodideris nos. Cumque
tradiderit nobis dominus terram
faciemus in te misericordiam et veritatem.
Dimisit ergo eos per funem de fe-
nestra. domus enim eius herebat
muro. dixitque ad eos. Ad montana
conscendite ne forte occurrant
vobis revertentes ibique latete tribus
diebus donec redeant et sic ibitis
per viam vestram. Qui dixerunt ad
eam. Innoxii erimus a iuramento
hoc quo adiurasti nos. si ingredi-
entibus nobis terram signum fuerit
funiculus iste coccineus et ligaveris
eum in fenestra per quam nos
dimisisti. et patrem tuum ac matrem